

177. SCORZONERA HISPANICA, me judice  
sic interpretanda est:

α. SINUATA Wallr., caule ramoso multifloro, foliis oblongo-lanceolatis in basin subundulatam amplexicaulem attenuatis superioribusque linearibus tenuissime crenulatis longe acuminatis.

Sc. caule ramoso, foliis amplexicaulibus lanceolatis integris basi subserrulatis *Sp. pl.* ed. Willd. 8. p. 1499. *Hoffm. germ.* 2. p. 107. *Schrad. Spicil.* p. 43.

Sc. caule ramoso, foliis amplexicaulibus integris serrulatis *Hort. cliff.* 383. *Sp. pl.* ed. X. p. 1191. etc.

Sc. denticulata *Lam. fl. fr.* 2. p. 82.

Sc. major hispanica 1. *Clus. hist.* 2. p. 137.

Sc. latifolia sinuata *Bauhin. pin.* p. 275.

Sc. f. *Viperaria* *Lobel. icon.* 551. *Dodon. pempt.* 257.

*Tragopogon hispanicum* f. *Scorzonera*, *J. Bauh. hist.* 2. p. 1060.

Sc. germanica *Trag. Kräuterb. Buxb. hal.* p. 297.

*Icon. Lobel. icon.* t. 551.

*Clus. hist.* 2. p. 137. (optima.)

*Bauhin. hist.* 2. p. 1060.

*Morif. hist. sect. VII. t. 9. f. 7.*

*Blackw. t. 306.*

Caulis erectus, superne ramosus, multiflorus, pedalis, cubitalis, inferne striatus, ut squamae calycinae, arachnoideo-tomentosus. Folia inferiora oblongo-lanceolata, medium versus lata, spithamea, pedalia, nervosa, basi vaginanti membranacea caulem involventia, amplexicaulia, caetera omnia sensim minora, longissime acuminata, tenuissime serrulata amplexicaulia, nonnunquam

undulata ut in Tragop. orientali. Flores plures, longe pedunculati: squamae calycinae exteriores minores, latiores, ovatae, interiores ovato-lanceolatae acuminatae, pappum aequantes, striatae. Corolla flava speciosa.

β. *Sc. GLASTIFOLIA*, caule ramofo multifloro, foliis lanceolatis acuminatis glabris nervosis plapis basi amplexicaulibus.

*Sc. glastifolia*, caule subunifloro folioso, foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris nervosis planis *Willd. Sp. pl. III. p. 1499. Spreng. hal. p. 227.*

*Sc. edulis Moench. meth. 548.*

*Sc. sativa Gatercau flor montaub. 136. cit. Lam.*

*Sc. stricta Hornem.*

Omnes partes, praeter foliorum formam, ad amissim cum antecedente congruunt, descriptionem itaque ulteriorem non admittunt. *Willdenowio* teste, „planta est polymorpha, caule 1 — 4 floreo, foliis lineari-lanceolatis varians, a *Sc. hispanica* tamen diversa: caule paucifloro, foliis longissime acuminatis utrinque valde attenuatis, non serrulatis.“ Quas omnes varietates ipse pluribus locis observavi, quibus vero novam et maxime singularem foliis dentato-incisis addo. Alii novorum plantarum neminum cupidi et in illis constituendis laureolam quaerentes, hanc speciem novam et a caeteris ea nota diversam exclamarent, quos increpo, hanc varietatem eodem cum *Sc. hispanica* α. loco et ex eadem radice cum ejus var. β. inventam esse. Tam varia igitur natura voluit apparere in creandis vegetabilium formis.

γ. *Sc. ASPHODELOIDES Waltr.* foliis linearibus acuminatis strictis carinatis basi vaginantibus amplexicaulibus confertis pedunculos subaequantibus, caule erecto paucifloro.

*S. graminifolia* *Hoffm. germ.* p. 272. *Roth. germ.* 1. 334. 2. 249.

*S. angustifolia* *Wohleb. hal.* p. *Schrader Spicileg.* p. 43.

*S. angustifolia altera* *Buxb. hal.* p. 298. *Rupp. jen.* p. 277. *Nonne erford.* p. 110.

*S. angustifolia prima* *C. Bauh. pin.* 275.

*Tragopogon luteum abortivum* *Loesel. flor. pruss.* p. 1271? (obsc. icon.)

Tres has varietates in eodem loco, in dumetis sylvaticis collinis ad Schmon et Lodersleben legi, ubi jam a Buxbaumio indicantur. Transitus vero optimi in similibus locis in colle feracissimo Bibraensi obvii sunt, Iun. Iul.

Caulis erectus, ut in antecedentibus, dorantalibus, pedalis, polyphyllus. Folia linearia, longissime acuminata, carinata, basi latiori vaginanti-amplexicaulia, conferta, caulem totum involventia, stricta, illum subaequantia, summa subulata. Caeterae partes ut in priori.

Synonyma I. partim ad hanc, partim ad var.  $\beta$ , cujus vix fines certi constituendi sunt, pertinere videntur. Exstant vero aliae Scorzonerae, quae aegre a var.  $\gamma$  maxime singulari possunt brevibus dignosci. Multum desudavi et ingemul in certa diagnosi Sc. pinifoliae *Gouan. illustr.* 53. *Sp. pl. ed. W.* p. 1503; nihilotenus tamen exempla a Cel. *Linkio* in Lusitaniae siccis montibus lecta, clar. *Schraderi* liberali manu data, ita var.  $\gamma$  similia sunt et congruunt, ut vix sciam notas essentielles, quibus apte possit utraque dignoscere. Si igitur etiam Sc. pinifoliam *Gouan.* diversam retineam, tunc certe, quamvis contraria sit polymorpha hujus Sp. indoles, in caule minori spithameo unifloro, foliis linearibus basi amplexicaulibus minus membranaceo-vaginantibus, sibi utrinque aequalibus et diverso loco natali discrimina ponere mallet.

mallet. Simili modo, vexor. a *Sc. angustifolia* et *Sc. graminifolia*, quas vero nec vivas nec siccas vidi. *Hallerus* tamen (*Simp. helv.* n. 11.) jam dubius hæret in *Sc. angustifolia*. Seriori itaque ut subjiciantur illae plantae examini, omnino dignae sunt. *Sc. subulata* *Lam. fl. fr.* 2. p. 81. torlan est *Sc. pinifolia* *Gouan.*

*Sc. hispanica* var.  $\alpha$ . (sinuata), utrex dictis liquet et observatis, admodum fallax et decipiens planta, more *Sc. humilis*, foliorum forma magnopere ludit, ita ut, si attentius in loco natali indagetur, facile varietas s. sp. intermedia, paululum dissimilis, pro distincta habenda sit specie. Ista polymorpha indoles igitur huic et adfinibus generibus propria et plantarum oecotonomiam in naturae ipsius amplo campo observandi consuetudo deficiens, quibusdam plane aliena, cum teterrima illa novas in areis hortorum definiendi species cupidine et mania, innox scientiae crucem et ruinam parante, tantam potuit colligere sarraginem synonymorum. Quaelibet igitur *Sc. hispanicae* obveniens foliorum forma, paullisper recedens, propriam apud plures botanicos procreavit speciem, quae sere hoc sequuntur ordine: *Sc. hispanica*  $\alpha$ , ubi foliorum diameter transversalis paululum angustior sit, intermediam speciem *Sc. glastifoliam* *Willd.* foliis lineari-lanceolatis efficit. In hortis ad usum culinarium multa praesertim haec folia occurrunt, quae mox, quando caulis altior evasit, *Sc. strictam* et *Sc. edulem* et *Sc. sativam* largiuntur, ex quibus tandem plane dissimilis sensim excedit, mihi *Sc. asphodeloides*, ob folia *Asphodeli lutei* similia, dicta species. — Hanc vero mihi perspectam et diu perpensam opinionem speciminibus triginta, in diversis locis natalibus lectis illustrare possum atque defendere.

† 178. SCORZONERA PURPUREA, foliis linearibus canaliculato-triguetris, caule subramoso. — *Jacq. austr.* t. 35. *Hoffm. germ.* 2. p. 106.